



# Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

1. The first part of the document is a list of names.

2. The second part is a list of dates.

3. The third part is a list of locations.

4. The fourth part is a list of events.

5. The fifth part is a list of people.

6. The sixth part is a list of organizations.

7. The seventh part is a list of institutions.

8. The eighth part is a list of departments.

9. The ninth part is a list of offices.

10. The tenth part is a list of positions.

11. The eleventh part is a list of titles.

12. The twelfth part is a list of ranks.

13. The thirteenth part is a list of grades.

14. The fourteenth part is a list of classes.

15. The fifteenth part is a list of levels.

16. The sixteenth part is a list of stages.

17. The seventeenth part is a list of phases.

18. The eighteenth part is a list of periods.

19. The nineteenth part is a list of eras.

20. The twentieth part is a list of epochs.

21. The twenty-first part is a list of ages.

22. The twenty-second part is a list of centuries.

23. The twenty-third part is a list of millennia.

DISSERTATIO MEDICA,

INAUGURALIS,

DE

## Inflammatione Pneumonica.

**Q**UONIAM integra et pulmonum profus sana ad vitam bene sustentandam, adeo necessaria est, conditio, omniunt medicinam exercentium ad quodvis hujus partis malum vehementius animum sedulo advertere, interest; nec non quia et saepe invadit, et pede propero instat, atque crudeliter et subito homines auferit. Pulmonum, et circa hos locorum, inflammationem in plures species nosologi aliique, pro variante ejus sede, diviserunt, et singulis propria nomina dederunt.

Ei inflammationi, qua pleura costas contegens affecta existimabatur, pleuritis vocabulum datum. Quam ut

A

aliquando

aliquando affici damus, ita raro id fieri; multo saepius pleuram, summos pulmones contegentem, affectam, omnia symptomata, quae illius affectioni tribui consueverunt, exhibere, cumque illa vel maxime afficitur, nunquam solam aut sine hac esse, contendimus.

Quae vero inflammatio ad neutram hanc membranam attinere, sed a pulmonum parenchymate, seu tela cellulari, incipere, et ibi potissimum sedere credita est, Peripneumonia nominatur.

Pars illa pleurae inflammata, quae septum transversum superius obducit, Paraphrenitis nuncupata fuit; propterea quod, delirium, risum sardonium, et convulsiones, eam inflammata comitari, autumatum fuit. Inflammatur quidem aliquando, et forsitan saepe, ut dictum est, ea pars, (affectione ad muscularem transversum septi portionem sese porrigente), haec autem indicia se nunquam proferunt.

Denique, conjecturis solis has sententias omnino in-  
niti existimare adducimur, et nil valere nisi ut nosolo-

gicas



gicas differentias augeant ; sicut profert clarus Sydenhami interpres.

“ Whoever is but slightly acquainted with the writings of physicians, cannot but have observed their confusion and disagreement in this matter. Diseases are multiplied and subdivided without necessity, and new names assigned to not a few, to the great perplexity of the reader.” Praeterea signa, quae quidam asseverarunt, discrimen praecipue notatum designare, in omni mali specie incidere posse, clare \* patet ; insuper, neque indicia incommodi sedem rite et evidenter ostendunt, neque loci differentia, signorum multum mutationis nobis offert, seu quodlibet curandi consilii discrimen postulat.

His ex rationibus, tales opiniones, quod vanae sunt, et non iis, quae, cadaveribus incis, reteguntur, suffulciri videntur, fortasse nobis rejicere liceat, quippe eadem insuper medicum usum haud promovent, et equidem quin aliquantulum nocebunt, vix dubitare possumus ;

\* C. G. M. G. xi. nec non First Lines, cap. 6.

mus ; varietates enim sic multiplicando (quod semper maxime evitandum est) tyronis animo confusionem solummodo injiceret, atque istas haesitationes, in quas morare solet, et quae non raro eum conturbant, excitaret, potius quam fugaret.

Omnibus igitur hujusmodi distinctionibus praetermissis, quae utpote pro nugis et contemplationibus parum profuturis habendae sunt ; atque non nisi corporis conditionem antequam morbus invadit, et deinceps ulterius progressus fuit, respicientes, ut ratum proponemus ; quod quaecunque fuerit thoracis pars prius affecta, vel quodvis nomen audiat, semper ut una et eadem affectio existimari et eodem consilio curari debet, eo impensius, quo signa magis urgeant, illo tantummodo discrepante. Quam ob causam, quamque thoracis viscerum inflammationem, eodem pneumoniae seu inflammationis pneumoniae communi vocabulo comprehendere, haud fortitan nobis nefas erit. Quamvis morbum ex improvise incidentia aliquid variare possint, nihilominus sequentia semper agnoscit.

Dolor

Dolor alicubi thoracis, febris plus minusve, tussis, spiritus difficultas.

## H I S T O R I A M O R B I.

Hic morbus, quo nec alius frequentior \*, a rigore plerumque atque horrore orditur, quos excipiunt calor, fitis, languor, lassitudo, et caetera febrium † symptomata plus satis nota, et haec ordinem non servantia, sed alias alia advenientia, ac recidentia ‡. Haec indicia haud semper praecedunt, quoniam aliquando aliquam thoracis partem dolor || prius vexat; praeterea haud raro forsitan pauculis horis antequam caetera signa, et praecipue prius quam dolor persentitur, ingruunt, pyrexia oritur. Febrilia symptomata modo antecedens, modo succedens

dolor,

\* Generally the more violent the rigor or horror is at the attack, the more violent is the succeeding fever.—Huxh. on perip.

† Morgani, epist. 21. art. 27.

‡ Aretacus Cappadox, cap. 10.

|| Dr Gregory's elements of pract.—Morg. epist. 21. art. 30.—Cleghorn's diseases Min. cap. 6. p. 262.

dolor, inter medicos multum certaminis praebuit, dijudicandi gratia, five affectio localis, five febris, primarius morbus habenda fuit; et ille, qui, tam accurate naturae vestigia pressit, Sydenhamus, de rheumatismo acuto, pleuritide, erysipelate memorans, in hujusmodi verbis differit, “ Nullus dubito, febrem \* ipsam pro morbo primario habendam, reliquosque adfectus, a quibus, ut plurimum, morbi isti nomen mutuuntur, symptomata esse;” attamen sub judice lis est, et hic nos rem restituere oportet, quia duarum utra sententia viget, eandem medendi rationem agnoscit.

Pulsus plerumque frequens, plenus, validus, durus, et celer, neque eo fecius non modo in variis hominibus, sed et in iisdem, diversis temporibus, discrepans; et celeberrimus Cleghornus inquit, corporis externum in nonnullis calorem quam esse mediocrem, aliisque praeter naturam, ipsum invenisse, pulsusque non secus ac substante sanitate, etiamque multo minus, dum aegrotanti

\* Quicumque laterum doloribus est obnoxius, dum febris adest, dolet tunc latus eodem modo, ac si esset pleuriticus, fragente se febris calore, minuitur dolor.



grotanti summum periculum imminebat, micare. In  
 ejus de aere morbisque epidemicis, observationibus ita  
 monet Huxhamus: “ Pulsus enim haudquaquam in  
 “ hoc morbo hujus fatis fidus est index, quandoqui-  
 “ dem saepe ob impeditum sanguinis cursum mire tur-  
 “ batur: Imo qui vix \* sentiendus erat ante venae sec-  
 “ tionem, saepe post valde pulsat.”

Hoc malum tussis, nunc vehemens nunc mitis, modo  
 praesertim sub morbi initium † sicca, plerumque vero  
 humida, semper comitatur; et quod expuitur, id in ‡  
 spissitudine et colore quam maxime variat, ac fere  
 semper sanguinis aliquantulo tingitur. Ob hasce sputi  
 conditiones, pneumonia in siccam humidamque fuit di-  
 visa, rectene sit, an secus, haud consilium nobis dicere  
 est; quae attamen supra citatus Sydenhami interpres  
 profert, huic discrimini favent. “ It is worth obser-  
 “ ving,” says he, “ that pleurifies of all kinds, from  
 “ the gentlest to the most violent, are frequently met  
 “ with

\* Huxham on fevers, chap. 2. p. 150.—Boerh. aph. 826.

† Interdum sicca tussis est, quae nihil emolitur; Celsus.

‡ Cullen's pract.

“ with in practice, which are not accompanied with  
 “ even the slightest expectoration through all their  
 “ stages, so that neither the physician or patient ever  
 “ once have it their thoughts; and these pleurifies are  
 “ not at all more dangerous, than those attended with  
 “ expectoration.” “ Post asperam etiam hyemem no-  
 “ tavimus grassantes pleuritides crudas, adjicit Hoff-  
 “ mannus, in quibus vix nono et decimo die sputum  
 “ apparet. Hipp. Morb. lib. 2. vocat ficas, et in ip-  
 “ sis aegri primis diebus admodum anguntur, viresque  
 “ dolore et inani tussi admodum concidunt, ut, proce-  
 “ dente sputo, expectorationi vix sufficiant, et aegri  
 “ difficulter convalescant.”

Morbo progrediente, signa febrilia graviora evadunt  
 et dolor, alii aliam thoracis partem, plerisque alteru-  
 trum latus obtinet. Dextrum \* latus aliquando saepius,  
 quam sinistrum †, afficitur, aliquando, neutro con-  
 tentus

\* Forty-two out of sixty patients, who were seized about the same  
 time, having had the disease on the right side.—Cleg. dis. Min.—  
 Morg. epist. xx. art. 18.

† Imo et vulgus in illa opinione est, sinistrum latus solum huic mor-

tentus ad morbi finem dolor, ab altero ad alterum latus migrat, vel ita transit, ut prius affectum non deferat. Idem modo sub sterno, aut circa hoc, modo in tergo inter Omoplatas, et in laterum alterutro nunc superius, nunc inferius, nunc anterius, nunc posterius, longe saepissime sextam aut septimam costam mediae fere longitudinis, vel paulo anterius occupat. Idem ubicunque, si in latere, maxime si in costa relata, sedet, multo saepius vehemens et pungens; aliquando, sed multo rarius, obscurior et obtusior, cum ponderis potius quam doloris sensu, est, immo rarissimum, non aliquo currentis morbi tempore pungentem seu vehementem dolorem esse. Uno potissimum loco eodem tempore figitur dolor; sed ita tamen ut huc atque illuc modo a latere ad claviculas, modo ex adverso versus anteriora pectoris, quandoque jaculetur. Inquit Pringle Eques auratus: "It is sometimes felt so low down, as to be mistaken for an inflammation of some of the abdominal viscera."

B

Spiritus

bo obnoxium esse; unde saepe morbum summo cum periculo negligunt, dum in dextro latere dolor adest. — Van. Swiet. com. — Boerh. aph 877.

Spiritus perpetuo, maxime inter trahendum \*, difficilis est, plerisque corpore in latus laborans †, multis ‡ in integrum inclinato, commodior decubitus; quem multi, nisi supini, haud pauci, nisi erecta cervice, non ferunt.

Facies rubescit, et vasa tunicae oculi albuginae sanguifera admodum turgida sunt. Æger interea nunc alvo est nimis adstricta, nunc soluta nimis, dejectionibus crebris et liquidissimis, necnon sic sententias profert celeberrimus Baglivius: “Sicut in morbis capitis alvi  
“ fluxus superveniens salutaris est, ita contra valde perniciosus || in morbis pectoris, praesertim acutis.” Urina fere semper, ad oriente malo, parca et pellucida est; postea vero colorem subrubrum habet, et sedimentum coloris lateritii deponit.

Quin et febris pari passu incidit, et vires sumit symptomatis

\* Callen's pract.—Syden. de pleuritide.

† C. pract.

‡ Aretaeus Cappadox.—Morg. epist. 20. art. 3.

|| Hipp. sect. 1. aph. xxiv.—Huxham on fevers, chap. I. p. 180.

—Sydenh. chap. 3. p. 266.

tomatis illis, quae ab ipsa nascuntur. Morbo admodum invalescente, aeger languescit, animo deprimitur, magna conflictatur anxietate, somnus evanescit, et paulisper dormituro somnia pertristia somnum adimunt; ne tuffire quidem valeat, altius vero spirat \*; oculi huc atque illuc revolvuntur, intenduntur, et inflammantur; vultus tumescit, nonnunquam livefcit, tandemque spiritus trahitur cum sibilo, mens alienatur, et morituro delirium, et coma † superveniunt. His indiciis prementibus, dolor sive subito abscedit ‡, sive latus haud prius offensum illidit. Magna instat debilitas §, pulsus parvi, debiles, et vellicantes fiunt. Prius sudore frigide et glutinose frons et pectus madescunt, dein totum corpus; dum haud raro inter convulsiones §, deperit laborans.

Quando hoc in modo definit morbus, quarto quintove die aegrotanti actum est, sicut Cleghorni scripta comprobant. Huncce in curriculum se conjicit morbus,

cum

\* Hom. princip. lib. 2. sect. 6.

† Aretaeus Cappadox.

‡ Bag. de pleuritidie.

§ Huxh. on pleurifies and peri-

pneumony, chap. 1. p. 151.

§ Morgagni, lib. 1. epist. 20.

art. 3.

cum nulla auxilia ejus impeditum coercere exhibita sint; quod, si idonee tractatur, primam inter plerumque hebdomadam pedem reprimat, et aeger brevi revalescat. Tertio incipienteve quarto die, signa suas vires saepe remittunt, et aliquando prorsus decedunt; adeo ut omnem rem esse jam in vado videretur; hoc autem nos saepius illudit; morbus \* collectis viribus recrudescat, et subito e medio decumbentem tollit.

Ut attamen forti gratias, hunc in modum haud semper incidere morbum, exsolvamus; omnibus vero in melius vergentibus, dicta febris cum funesto comitatu (tussi, scilicet, dolore, et respirandi difficultate) sensim minuitur. Universa corporis superficies est humida, et cutis mollis. Arteriarum pulsus sunt magis regulares, minusque frequentes. Alvus naturalis, urina magis copiose excernitur, et excreta sedimentum largum pulverisque lateritii simile deponit; calor, fitis, caeteraque, leviora sunt.

D E

\* Hoffm. op. om.—Hom. princip. pleuritis recidiva plerumque lethalis.

## D E S E D E P N E U M O N I Æ.

Sententias, quas de loco, quo haec inflammatio sita est, prisci protulerunt, tam futiles esse quam discrepantes, quia arte corpora incidendi eorumque munera exponendi parum inducti, clare constat. Variis in vasorum ordinibus, nimirum arterialibus et bronchialibus, sedem habere, diversis denunciatum fuit. Hodierni nihilominus opinionem, quae in pulmonum et bronchiorum arteriarum finibus ejus sedem ponit, respuerunt; veruntamen de parte, quam infestat, in varias et quam contrarias sententias distrahuntur; alii in quadam pleurae parte seu internum thoracis cavum succingentis, seu pulmones arctius circumvestigentis, haerere; aliique vero in parenchymate, vel pulmonum substantia cellulari, incipere et praecipue confedere asseverant.

Pringle Eques Auratus de pleuritide et pulmonum inflammationibus sermonem faciens, commonet, " A distinction has commonly been made between pleurisy and peripneumony, which I likewise followed in the  
" first

“ first editions of this work \* ; but having since read  
 “ the dissections and remarks of those celebrated authors  
 “ Haller and Morgagni, relating to this subject, I am  
 “ convinced that we ought to consider these two di-  
 “ stempers as one, in which the lungs are always in-  
 “ flamed, and often without the pleura, but the pleura  
 “ never without the lungs.”

Hoc incidere posse et in re advenire (sectis cadaveri-  
 bus Lieutaud, Halleri, et Bonneti posthabitis) Valsalvae  
 et Morgagni incisiones quam satis comprobant, qui  
 compluria pleuritidis plane designatae exempla com-  
 memorant, in quibus, ex indiciis, quae dignoscuntur,  
 scilicet, dolore pungente duroque pulsu, tunc temporis  
 apparentibus, nostram rationem colligentes pleuram  
 prius inficere hanc inflammationem denunciaremus ;  
 corporibus vero incisis, ex pulmonibus malum enasci,  
 iisque praesertim obsidere, pleura parum vel ne minima  
 quidem ex parte laesa, compertum fuit †.

“ Senem,”

\* Pringle on the diseases of the army.

† In ejus praelectionibus, observavit illustrissimus Monro, pleuram



“ Senem,” inquit Morgagnus, “ annos natum plus  
“ sexaginta, simul febris et pungens dolor corripuerat  
“ ad anteriorem partem lateris dextri. Cubabat in  
“ dorsum. Lingua erat arida: Pulsus magni et fre-  
“ quentes. Post dies aliquod consecutae curationis  
“ Bononiensi Nosocomio S. Mariae de morte institu-  
“ tae, ita a febre et dolore liber jam factus videbatur,  
“ ut senior ille medicus pleniorum victum concefferit;  
“ post triduum autem ad abstergendas morbi reliquias,  
“ sic enim solebat, purgans pharmicum propinaverit.  
“ Cum ab hujus usu multum homo comedisset, nocte  
“ quadam proxima febris et dolor illius ejusdem partis  
“ redierunt.

“ Pulsus erant duri, frequentes, magni, vibrati ad  
“ diem usque ultimum, atque adeo ad paucas ante obi-  
“ tum horas; nam cum respiratio frequens esset quidem,  
“ nec tamen pessima, et sponte se in lecto erexisset ad  
“ sedendum,

seu costas circumvenientem, seu pulmones ipsos obducentem, inflam-  
mationum nec tam saepe esse sedem quam texturam pulmonum cellu-  
larem; praeterea adjicit, pleurae solius, nisi partes vicinae quoque af-  
ficiantur, inflammationem raro aut nunquam lethalem esse.

“ sedendum, ut victurus dies aliquot videretur, mox,  
 “ accedente stertore, mortuus est. Thorace recluso,  
 “ pulmonis dextri superior lobus magnus durusque se  
 “ obtulit, quem, cum secarem, substantia factum vidi-  
 “ mus hepaticae similem; pus autem, certe puris non  
 “ absimilem materiam, simul cum spumoso humore ef-  
 “ fluere. Pleura tamen nusquam in toto hoc thorace  
 “ apparuit laesa. Sed ad pulmonem sinistrum ut re-  
 “ deam; lobus ejus inferior, ater posterius et durus,  
 “ ex eadem ibi fuit substantia, quae a dextris con-  
 “ specta est, nec pure caruit, quod album ex eo deflu-  
 “ ere vidimus cum pulmones e thorace detraheremus.”

Magis urget Petri Servii testimonium, qui in trecentis  
 pleuriticis Romae post mortem dissectis, deprehendit  
 semper unum pulmonis lobum corruptum, et materia  
 putrida turgidum, intacta tamen aut leviter saltem vi-  
 tiata pleura \*.

Vides igitur, adjicit Morgagnus, pleuritidis signa in  
 peripneumonia fuisse. Tamen neque durities pulsus,  
 neque

\* Trilla de pleuritide, cap. I. p. 10.—Morgagni, epist. 20. art. 57.  
 et 58.—Van. Swiet. Com. Boerh. aph. 877. ad 878.

neque dolor \* ex gravante pungens factus, necessario indicant, praeter pulmonis, quem memoravit, inflammationem, pleurae quoque, cujus nullam mentionem fecit, inflammationem fuisse. Sed historiae † quaedam sunt, in quibus praeter eam connexionem, etiam inflammatio aliqua pleurae fuit, pungens vero dolor non fuit, quem tamen pleures ab hujus membranae inflammatione repetebant.

Nil amplius ex his colligere possumus, nisi ut in pleura malum non semper exoriatur, et signis comitantibus seu pleuram seu pulmonum texturam cellularem adgreditur inflammatio, denunciare haud possumus; quoniam eadem indicia in alio aliisque casibus sese praeserent.

Nihilominus multa et haud levis momenti argumenta sunt, quae fere omnes inflammationes acutas partes ‡ membranosas infestare nos inferre cogent; idcirco plerumque in pleura gigni, ibique praesertim collocari

C

inflam-

\* Morgagni, epist. xx. art. 9. &amp; 10.

† Ibid. art. 49. &amp; 50.

‡ Cull. First Lines, p. 330. &amp; 369.

inflammationem oportet, et auctor supra citatus rem attestatur: “ Jam vero si nostras omnes, simulque  
 “ Servii observationes attendas, continuo intelligis,  
 “ quam iis facile assentiri possis, qui in lethali pleuri-  
 “ tide solam pleuram, pulmone ipso illaeso, aliquando  
 “ inflammari autumant.”

Quamvis \* in pleura pulmones arctius complectante inflammaretur, pulmones attamen ipsos intimo vasorum nexu pergens morbus corripiet, illamque e contra, si ex textura cellulari vel superficie pulmonum, inflammatio dimanaret; nam existimatu difficile est, ut membrana, quae directe pulmones circumcingit, affici possit, nisi ut pulmones etiam ipsi consociarent; quod si membranae vasorum actio augetur, quin decursu mali ad pulmonum vasa, quae communicant vel tantum illorum continuatio sunt, se porriget, haud inficiendum. Praeter haec si nobis sit concessum locum, quo haeret inflammatio examussum designare, etiam si ambiguae, aliquibus signis, quae dignoscere dicuntur, rationes deductae fuerunt; parum attamen commodi, quod mendendi consilio proficeret, tali ex notitia sperandum est.

D I A G-

\* Morgagni, epist. xxi. art. 38.

## D I A G N O S I S.

Si aetatem, corporis habitum, indicia, partesque affectas, quos illa referre dicta fuit, pneumoniam inter discrimen et alios morbos quam facile secernendum est, sedulo perpendemus. Duo morbi, qui signa hujus communia maxime exhibent, et de quibus ulla inter-noscendi difficultas esse potest, sunt peripneumonia notha et hepatitis.

Quorum prior revera catarrhi casus, pneumonia, praecipue aetate et habitu aegrotantis, distinguitur. Quippe enim illa plerumque, si non semper, senectute confectos, quorum habitus crassior et laxior fit, praeque caeteris, vino et potioni spirituosae deditos \*, item catarrhalia mala ante passos, aggredi solet, aut catarrho † supervenire; neque tam dolor pectoris quam ponderis sensus subest, et pyrexia, nunquam tanta, quanta in pneumonia ‡.

Ab

\* Sydenham. cap. 4.

† Morgag. de caus. et sed. morb.

epist. xxi. art. 23.

‡ Huxh. chap. 3.

Ab hepatitide, ubi haec cum ea non, ut aliquando, conjungitur \*, his notis plerumque sat bene discernitur, in his casibus ubi pro pneumonia fallere potest; quod dolor fere semper claviculam, summumque humerum dextrum versus, semet extendit; quod in latere affecto solum, hepatitide correptorum facilis est decubitus †; quod in pneumonia tussis non sicca, plerumque vero et fere semper aliquo morbi tempore, humida est, quod aegrius spirat laborans, et ut adpressa desuper parte laborante dolor, ut in hepatitide, nec saepe augetur; quodque saepe in hac, nunquam in illa, singultus et vomitus incidunt.

Horum quaedam, ut tussis, ut dolor tactu augescens, et tumor externus, absentia, eandem splenitide distinguunt.

Quod ad gastritidem, quam ab ea differat pneumonia, quoque modo fecernenda sit, utriusque morbi definitio collata ‡ indicat.

Non

\* Cull. First Lines, chap. 10. sect. cccxvi.

† Ibid. sect. ccclxxxviii.

‡ Cull. G. M. G. xv.

Non paucis, a morbo, quem exequimur, discrepat pleuritis spuria. Pro specie \* rheumatismi habenda est, musculosque intercostales tenet. Extrinsecus apparent rubor tumorque. Spiritus parum afficitur, et dolor, parte laborante tacta, acutissime percipitur. His, tussim in pleuritide spuria aut nullam, aut sine sputis esse, adjici potest.

Si quando, pneumonico similem dolorem spasmus, partes musculares spiritui inservientes adficiens, creat, is ab illo, pyrexiae absentia segregatur.

In latere dolorem quoque, qui pneumonicus credi possit, vermes in intestinis delitescentes excitare dicuntur. Hoc tantum notare sufficiat, hisce animalibus nocivis obnoxios habitum corporis debilem habere, et cruditate et inflatione graviter vexari, quae signa ab indole pneumoniae prorsus sunt aliena, et in iis, qui ad quamlibet inflammationem sunt proclives, raro aut nunquam sese ostendunt.

Necessarium

\* Huxh. chap. 4.

Neceffarium forfitan quoque videbitur pneumoniam a cardite et pericardite feponere. Nec, pericardium, quidem cor ipfum, fine inflammatione pneumonica, fi hanc pleurae partibus contineas, non aliquando erofa, exulcerata, feu abfceffibus vitiata, reperta funt. Sed cum iftiusmodi inflammationes potius longarum generis effent, acutarum propriis fignis non cognofcendae; et interna affectio, fi quando fegeganda fuis fymptomatis erat, ex alia potius origine, quam inflammatione, nafceretur; ideo a thoracis phlegmafis alienae iudicandae funt. Neque iufta horum viscerum inflammatio, a reliquarum, de quibus relatum eft, thoracis partium, inflammatione feperanda; hoc videtur, quod nunquam fere illa fine hac exiftit, communia utriufque figna funt, et aut communis quoque curatio eft, aut fi fyncope et cordis palpitatio ad cor attinentis affectionis fententiae favent, illa accuratius adhibenda videbitur.

Nullus igitur diverforum morborum opinione locus eft; et ubiubi partium memoratarum affectio intus fedet, ea communi inflammationis pneumonicae feu pneumoniae titulo, recte comprehenditur.



Quo modo, a morbis sui simillimis pneumonia excerpanda fit, jam enucleato,

## R E M O T Æ C A U S Æ

Protinus tractandae sunt. Hae aut simpliciter remotae sunt, aut (cum plurimos eodem tempore morbus corripit, in quibus omnibus feminium fuisse vix ac ne vix quidem credibile est) magis externa et multis communis noxa, quam singulorum a perfectae integritatis modulo aberratio, et in aliis alia, conditio incusanda. Cum saepe tamen feminium subfit, sine quo noxae externae, aut illud sine his saepe parum vel nihil valere solet; idcirco, quid

## S E M I N I U M

Sit prius exposito; deinde ad ejus causas, postremo, ad noxas, quae, conjuncto cum illo opere, morbum inferunt, nempe, occasionales, seu quas potestates nocentes Gaubius appellavit, transibo.

Conditio,

Conditio, quae corpus pneumoniae, eadem plerumque est, qua aliquis cuilibet inflammationi opportunus redditur, signorum discrimen ex parte laborante, ubique confedit inflammatio ex causis excitantibus, huic quam ullo alio corporis loco, magis recta admotis, pendet. Firmorum simplicium cum vi resiliendi densitas, contractilitas, seu vivorum irritabilitas, ex adaucta vasorum partis actione et vigore originem trahentia, iis latium copia, quam continent, impertitis, hanc conditionem gignunt.

#### INTER SEMINIUM FACENTIA,

Plaga \*, anni tempus, corporis habitus, aetas, sexus, conformatio, morbi que priores recensenda sunt. Haec omnia tum aliis acutis inflammationibus seu phlegmasiis, tum prae caeteris huic illisve, quorum locus externo  
aeri

\* Coelum ipsum sub quo degunt homines, nonnunquam aegros facit. Unicuique nimirum regioni suum inest vitium; sive calidior iusto, sive frigidior fuerat, sive varia, multisque et subitis tempestatibus mutationibus obnoxia;—Greg. Consp. Med. Theor.

seri magis patefacit, obnoxia corpora reddunt. Ita monet Hoffmannus, “ Nulla febris inflammatoria est, “ quae omnis aetatis, sexus, et temperamenti homini- “ bus, in frigidis aequae ac calidis et temperatis regio- “ nibus degentibus, adeo infesta est, quam quae in “ thorace fit.”

Regiones nihilominus et tempestates, quae praesertim pneumoniae feminium spargunt, illae sunt tam in quibus maximae coeli varietates, quam ubi permagnae ex calore ad frigus mutationes \* adveniunt; nec non ut persistans frigusque cum admodum vehemens, opportunitatem inducere non tam polleat ut tempore, quo illi praerit, exceptit, aut alternat calor, verisimile est: “ In “ primis autem pleuritidis periculum tunc adfit, obser- “ vat Van Swieten, dum ex calidis hypocaustis in aerem “ frigidissimum, non satis tecto vestibus corpore, pro- “ deunt incaute homines.”

Ex his, ad id maxime valet ver, quo magna coeli temperiei inequalitas, variantesque frigoris et caloris

D

vices,

\* Boerhaav. Aphor. 879.

vices, pulmonibus, eorum effectui praecipue objectis, imprimis inimicae sunt. Ut vernum tempus nocet, ita si, quibus in regionibus similis coeli habitus, quam in aliis magis viget, in iis, quam alibi, plus quoque periculi est. Talis Britannia est, eoque morbis inflammatoriis, maximeque hoc, affectibusque pulmonalibus ei affinis, prae caeteris locis infestatur.

Quod ad temperamentum, maxime huic malo proclive est, cum dura rigidaque fibra sanguineum \*, attinet: “ Temperamento,” inquit Sydenhamus, “ sanguineo praeditos prae reliquis aggreditur, saepe etiam “ rusticos, et duro jam fractos membra labore.” Nec morbus ab iis alienus, qui lautiori cibo, velut carnosis, salitisque fumo induratis, et ad plenas vini exhauriendas amphoras, per vitam affueti sunt.

Quantum in temperamento et habitu consimili positum sit, ex Hippocratis Aphorismo, sect. VI. 33. ubi  
acidum

\* Greg. Consp. Med. Theor. tom. 2.

Galenus in Commentariis in hunc textum optime notavit, periculi magnitudinem tunc non pendere ab ipsa constitutione corporis aegrotantis, sed a vehementia causae, quae morbum produxerat.

acidum eructantes huic non opportuni morbo dicuntur, apparet.

Quoniam sanguis cibo ex assumpto apteque subacto solummodo conficitur, ejus copia \* et natura ad hunc affectum aequae efficaciae sunt; itaque plenus victus boni sanguinis abundantiam generando, recta plethoram procreat. Si retineatur intus, alioquin excernendum, ut excretionum et profluviorum imminutio seu suppressio, idem praestat.

Perspiratio quo modo imminuta aut suppressa, sanguinis copiam gignit, neminem, qui praecipuam hanc illorum plethorae, qui socordia atque desidia bonum otium conterunt, causam esse reputat, latere potest. Quae licet, quavis excretionem imminuta, alias augeri verum fit, cum diutius imminuta est, ut decrefcere jam consueverit, non per aliam, puta urinae secretionem, ex toto suppletur. Major est, quam, ut sine morbo, qualis diabetes est, omnis illo exitu auferatur. Pendentque a sanguinis circuitu, ubi hic, ut semper sub quiete fit, languescit,

\* Van Swieten's Com. Boer. Aph. 879.

languescit, humor perspirabilis, neque cutis foraminibus, neque urinae viis, neque aliis quibuslibet, omnis excernitur, sed, ut pars quaedam urinae forma, alia alio aditu, corpore ejicitur, ita altera et (ut per quietam vitam, transeuntium obesitas fidem facit) longe major forsitan, in vasa communia reportatur. Hinc illa plenitudo, quae ab agilibus ignavos adeo insigniter distinguit, et a tali defectu observat eruditissimus Gregorius, multa profluant mala. “ Totum corpus plenum, (nisi aucta alia  
 “ secretio insolitam retentionem compensaverit), et he-  
 “ bes et languidum fit, et animus quoque demissus et  
 “ tristis; nam hilaris et laetus animus exhalationem  
 “ promovet, et a libera exhalatione efficitur vicissim.”

Profluvia, quae ad eundem affectum conferunt, sunt naturalia aut arte facta; sana vel morbosa; naturale et sanum simul menstrua sunt, arte elicited, sanguinis detractio; morbosa haemorrhoids\*, eruptiones cutaneae, et ulcera. Horum exsiccatio quodam tenus, quatenus scilicet ejiciendus latex retineatur, implendo, sed non sic multum, quantum vulgo creditum, nocere potest;

\* Hoff. op. om. de febribus pneumonicis, sect. 7. 8.

test; quia retentus neque universorum humorum molem magnopere augeat, neque ei multum addat.

Omnes annos agentes, praesertim attamen florentes, et nonnunquam aliquantulum annis proventus, aggreditur, insque ex aetatibus, periculi plus infert; quia tum tonus et irritabilitas summa sunt. Ob quorum defectum senectus et pueritia tutior est. Van Swieten in ejus Commentariis de Boerhaavii Aphorismis memoriae tradit, "Adultos hinc potius invadit, quam juniores, " in quibus solidorum laxior compages, et fluidorum " minor densitas reperitur, unde et Hippocrates (Com. " sect. 874.) monuerat, pleuritidem et peripneumoniam " ante pubertatem non fieri, interim tamen quando- " que, licet rarius, et junioribus hic contingit morbus."

Quae, dicta sunt, quare viri prae foeminis in universum ad hunc morbum procliviores sunt, enucleabunt; quippe enim illi quam hae duriore et sicciore habitu gaudent, nec non et quod magis coarguit, ex necessitate multo magis causis objiciuntur; ob eandem rationem notaverat Aurelianus, maribus frequentiore quam foeminis

minis esse hunc morbum; testatur autem Trillerus, foeminas pejus affici quam viros, si hoc morbo corripiantur, licet hoc rarius contingat.

Conformatia illa, quae spatium coercet, quo per pulmones sanguis transit, ad pneumoniam viam non sternere non potest. Talis esse thoracis angustia intelligitur. Cujus parietibus arcte pulmones undique quoniam accommodantur, hos idcirco exiguos esse necesse est. Parvis vero in pulmonibus, quorum vasa ita cum reliquis omnibus librantur, ut eos sanguinis tantum, quantum caetera corporis, parique temporis spatio perfluat, hoc aequae facile ac in amplioribus fieri haud potest. Hinc omnis praeter normam circuitus et mutatio, qua major in pulmones sanguinis copia, impetuque aucto dirigitur; ad congestionem, in tali horum conditione, creandam magis valet. Praecipuis expositis, quibus hujuscemodi inflammationis proficiscitur seminium, conditionibus, alteram creant priorum effectus morborum.



*Hi ejusmodi sunt, qui seu relaxando, et sic ut vasa plus justo sanguinis recipiant efficiendo, seu lumen vasorum, quibus is transfluere debet, imminuendo agunt. Inter illos recensendae sunt variolae et rubeolae, in quibus impetum solito magis averti pulmones versus humoris, maximeque vero in rubeolis, quas fere semper excipit pulmonum, malum, clare constat; ut et, inter hos, quicquid organa pulmonaria infarcit, comprimit, ullo modo laedit; sic feminio, et ejus causis praeteritis, sese obviam ferunt.*

#### C A U S Æ E X C I T A N T E S .

*Nec secus in aliis ac in hoc morbo, causa excitans diu permanens, alteram (nempe, quae corpus malo opportunum reddit) paulatim gignit, vel in eam convertitur, et eruditissimi Gregorii ut verbis utar, “ Eadem igitur res nunc causa excitans, nunc rursus causa re-  
“ motior, esse potest.”*

*Ex his multae a medicis enumeratae fuerunt, eae tamen, attentionem praecipue merentur, quae latente in-*

tus feminio, magis subito directaque, etiamque aliquando profus, quamvis rarissimum, haud conjuncta semini actione, incommodum inferunt. Eo redeunt frigus, et sanguinis cum impetu copiam, toto corpore, et in pulmonibus ipsis, extemplo gignentia. Frigus pro ejus diuturnitate et gradu humanum corpus varie afficit, et quodam gradu tenus vitam ipsam omnino delet. Ejusdem ubi vi minus est aut brevius admovetur, tonicis, stimulantibus, adstringentibusque dotibus imbuitur; quarum quamvis affectus semel simulque non contingant; veruntamen multi modis nec non plerumque imo fortassis fere semper vis frigoris tonica et stimulans eodem tempore se ostendunt, et inter sese conjungi possunt.

Astringendo frigus, in extrema summi corporis, quibus recte incumbit vascula, tanquam firma simplicia agens, horumque densitatem adaugens, ex quibus constant particulas, propius inter se adducit; qui effectus plus minusve ad universa corporis vasa transfertur. Imminutis vasorum sic diametris, dum eadem sanguinis copia intus est, is transfluit difficiliter, eoque vasa distenduntur, constrictio et spasmus incidunt. Stimulum

haec

haec fiunt, et musculares fibras contrahere proritant. Hinc omnium extremorum tonus et contractilitas vasorum, eoque contractiones vi et frequentia, augeantur; unde diathesis oritur inflammatoria, quae omnis inflammationis auctae comes est, et impetus ejus ad pulmones, eorum situ magis iter dirigit, quam ullam aliam corporis partem. Ad hoc adjicit Cullenus celeberrimus, "The parts of the body most frequently affected with inflammation, are those exposed both to over distention, from change in the distribution of the fluids, and at the same time to the immediate action of cold. Hence quinries and pneumonic inflammations are more frequent than any other."

In eadem ratione agit frigus, corpus si ante magno calori fuerit objectum, vel exercitatione crebra et valida magnopere calefactum. Frigore idcirco parti internae solummodo admoto, verbi causa, si aqua frigida vel aliquid simile copiose epotatur, constrictio vasa corripit, et cursus laticum insolitus, vel ad alias corporis partes, vel ad ipsum constrictio, quae stimulo esse, et igitur hoc facere potest, locum fit. Hac ratione frigus extre-

morum ubique cum summi corporis tum ipsorum pulmonum vasorum fines adstringendo et stimulando, in omnibus diathesin phlogisticam, in quibusdam extremis inflammationem justam creat. Denique, sanguinis quantitatem et momentum repentino augmentia, ad vicium lautiolem, imminuta aut profluvia humorum suppressa, de quibus sub feminii causis actum fuit, referuntur.

Quantum valent affectus animi excitantes, etsi quamvis circuitus impetum plane adaugeant, et ad plures morbos, ex inflammatione pendentes, concitandos, haud parum conferre solent, minime patet.

#### C A U S A P R O X I M A.

In re tam ardua, quam causarum proximarum indagatio, omnes ratiocinationis ambages abjiciendae sunt; illa solum, quae vulgo creditur et inflammationis propriis optime suffulcitur, recepta. Non solum vasorum in parte male se habente, totum vero per corpus, actionem  
 augeri

augeri lubet ; dum caufarum remotarum talis eft indoles, qualis tam impetum, quam laticum copiam increfcit, eos ad quasdam prae caeteris partes magis uber- tim propellens, et hoc in modo congeruntur.

Congestus fanguis vafa distendit, et haec ad majores et frequentiores solito contractiones, distentio, ut stimu- lus concitat. Praeterea, verifimile est, commemorat celeberrimus Cullenus, “ That, to relieve the conge- stion, the vis medicatrix naturae increases still more “ the action of the vessels, and which, as in all other “ febrile diseases, she affects by the formation of a “ spasm on their extremities.” Illa congestionis effecta porro adaugere sustentareque spasmodicam arteriarum ubique, tam summo corpore quam parte laborante, con- strictionem ; dum eadem impetum in pulmones direc- tum fervat, simul et universas arterias peculiari irrita- mento stimulat, exinde plane patet.

Externarum igitur spasmus arteriarum, harum actio- nem adaugens sustinensque, inflammationis pneumoni- cae proxima causa est. Urinae suppressio, cutis sicci-

tas, deficiens mucii, excretio, fitis, alvique, praecipue in-  
eunte morbo, compressio folita, dein femper fputis, iif-  
que largis, faepe fudore, interdum reliquarum excretio-  
num reditu, folutus morbus, argumento funt.

### FINES, IN QUOS DESINIT PNEUMONIA.

Pneumonica, velut caeterae, inflammatio, refoluti-  
one, fuppuratione, aut gangraena terminari potest. Ad  
haec alterum fibi proprium finem agnofcit, nempe fan-  
guinis in texturam pulmonum cellularem effufionem,  
quae cito per hoc viscus laticum iter impedit, et subito  
aegrum strangulat. Quando vero leviter inftat mor-  
bus, fcilicet cum congestio et fpasmus mediocres funt,  
eoque auctae vaforum actioni facile ceffent, aptis reme-  
diis exhibitis, refolutio plerumque incidit. Haec mul-  
tum, quoniam ex qua fola fortaffe felix eventus fit, ex-  
optanda; igitur illam promovere fuma ope niti nos  
debet.

Defituræ

*Defituræ pneumoniæ fere semper comes est aliqua evacuatio manifesta, et e naribus sanguinis stillicidium, paucis morbi diebus solummodo elapsis adveniens, aliasque excretiones, inter quas hæmorrhoidis, bilis profluvium et urinae, quæ post secessum large sedimentum deponit, aliud alio, aliasque aliud, illam sinivisse, autumatum fuit. Haud raro fudor calidus affatim promanans, totumque corpus aequè madescens, solutionem comitatur, et interdum eam afficit, omnibus in melius vertentibus.*

*Frequentissima et maxime efficax exinanitio est materiae spissæ, albescentis, subflavae, aliquantum sanguine striatae, sputatio, et levi tussiendi conatu, copiose peracta. Haec partim a mucosis bronchiorum folliculis, partim exhalantibus vasculis humorem serosum immittentibus, enascitur.*

*Tempus, quo pneumonia, vel resolutionem vel in suppurationem terminatur, adeo in aliis casibus aliud est, ut forsitan vix certius quicquam de eo dici possit. Verum, si indicia sine ulla mutatione five levamine ad*  
diem

diem quartum ultraque usque ad decimum quartum permanerent, in suppurationem abituram metuendum est. Hanc, ut vult celeberrimus Cullenus, efficit effusio, aliarum inflammationum illi haud absimilis, et resumptis tenuioribus partibus in pus convertitur. Alii \* veruntamen pus secerni, non fecus ac caeteri latices seponuntur; et feri sedimenti et puris reliquias, dummodo per ignem inter se conferuntur, quam esse diversas, strenue contendunt.

Si saepe frigescit aegrotans, et quod inter morbi initium emolitur, deficit, nec non si multum variat pulsus, plerumque magis frequens et mollis, aliquando vero crebrior et plenior micans, haec suppurationem jam subesse, fat certo denunciant.

Dolor suas vires multum remittens, dum tussis et spiritus difficilis ingravescent, pus formatum esse commonent. Decubitus in latus laborans facilius est. Pulsus frequentius vibrat, febris omni vespere exacerbationem subit, et paulatim in justam hecticam degenerat.

Abcessu

\* Brugman de Puogenia.—Monroii et Hunteri Praelectiones.



*Abcessu rupto, pus in cavum, perrupto interdum autem raro septo transverso, abdominis transfusum fuit, et exequitur empyema, et memoriae, hoc malum in hydrothoracem defuisse, traditur.*

Quando vehementer saevit inflammatio, gangraena accidere potest; multo vero rarius. Huic fini aliisque supra relatis signorum parum discriminis est, ni vires multum et subito deficient, et sputa sanguinea et saniosa se prodeant. Haec excipit

## P R O G N O S I S.

Si hujus visceris, cui obsedit ista inflammatio, ad tenuitatem et usum, ut et ad quot et qualia incommoda objicitur, animum advertimus, quod quaelibet a sanitatis justae modulo ejus aberratio plus minusve periculi immineat, confitendum est. Damnum aequis passibus conditionem inflammatoriam sequitur, cujus notitia ex indiciorum numero et vi colligemus, praesertim vero ex spiritus, tussis, et doloris statu. Quam ob causam,  
athleticis

athleticis annisque vegetis, quam \* pueris et in aetate provectis, multo plus periculi est.

Crebra pertinaxque tuffis, qua parum † five nihil expuitur, dolor perquam acutus huc atque illuc per thoracem migrans, feu post aliquid temporis in alio permanfit, remittit, alterumque locum vexat, et inter trahendum spiritum valde augetur, infausta funt. Praeterea, fi adeo difficile fpirat laborans, ut nifi in unum latus aegre decumbit ; quod fi fupine fpiritum trahere melius convenit ; his porro incaffum adhibitis, et erectus folum ille infpirare, atque fic quoque difficillime, poteft ; ifta omnia ingravefcens malum, eoque plus periculi, denotant.

Quando vultus florefcit, turgefcat, et fudor partes tantum fuperiores glutinofe humectat, et pulfus, qui prius validi et pleni funt, formicant, ordinifque expertes evadunt ; denique, fi fupervenit delirium, periculum quam maxime inftat, quin et fi ad haec accedunt liquefaciens

\* Arctaeus Capp.

† Et quo expeditior fcreatus, eo major fanitatis fpes, quo impeditior, eo minor ;—Hoff. op. om.

quefaciens diarrhoea extremorum algor et coma, morbus e superis miserum quam cito aufert.

E contra, ubi haec jam relata numerum five vehementiam variant, quia levem noxam ostendunt, qua de ratione augurium faustum est. Eiusdem finem lethalem aliquo primorum dierum septem incidere, consuetum est; in paucis serius mors obvenit. Scribit porro Aretaeus, “Ægros intra septimum vel decimum quartum diem convalescere, aut perire, pro symptomatum vehementia; vel, si ad vigesimum diem malum extendatur, fieri empyicos.”

Circa secundum seu tertium diem nonnunquam evanescit morbus, aliquam occupante externam partem erysipelate, ibique per aliquod spatii persistente, impetus a pulmonibus avertitur, nec redit dein pneumonia.

#### R A T I O S Y M P T O M A T U M.

Omnia, quae in pneumonia inopinate contingant, seu et omnia ea, quae obvenire dicuntur, recensere super-

vacuum foret ; itaque talia in animo solum volvemus, qualia saepius adveniunt, et haud dubie morbum depingunt.

*Pyrexia*, illa est conditio febrilis, qua omnis magna diathesis phlogistica prius sese indicat, et quae singulas etiam semper comitatur loco proprias haud parvas inflammationes, e sanguinis copia et impetu enascens, quae non tantum parte laborante, etiam vero toto corpore, vasorum actionem intendunt, stimulando, et ea, causae nimio admotae excitantes suppleant ; ut et ubi prima omnium symptomatum pyrexia est, tamen fortasse partis inflammatio, saltem manifesta congestio prius obvenisset.

*Spirandi difficultas.*—Haec difficili etiam sanguinis per pulmones transitui debetur ; quia vasa aerifera, a sanguiferis turgidis et distensis compressa ; et bronchiorum cellulae propius adductae, imo earum multae forsitan ex integro oclusae, idoneam aëris copiam ; quin rursus haec, praecipue arteriolas inflammatas, comprimant, doloremque excitent, recipere haud possunt. Spiritus

inter

*inter* trahendum semper exasperatur, quia eo temporis, pulmones aegrius distenduntur, atque eorum dilatatio dolorem increfcit. Eadem provectiore morbo difficultas, et miseri viribus jam fractis, obveniens, nimium laticum onus in bronchia effusum, plusque quam potestates screatus ejicere valeant, indicat.

*Dolor pungens*, ita eundem in pneumonia sicut in quibuslibet phlegmasiis magna muscularium, arteriolas inflammatas cingentium, fibrarum distentio, a sanguinis copia et impetu auctis pendens, haud ambigue efficit, dum tussis vehementia haud parum confert. Gravis esse dicitur, cum cellulosa magisve laxa pulmonum pars laborat.

Ubi in latus affectum jacenti, dolor et spirandi difficultas faciliora sunt, ex submota, quam adhaesio suscitatur, vellicatione pendet; rursusque compressione in integrum facilius incumbit, oneris corporis sublata.

*Tussis*, quae nunquam non hujusce mali socius est, auctae sanguinis quantitati in pulmonum vasis referenda

da est, quae eorum et bronchiorum actionem adauget, et inde, quae exhalant, arteriae, et mucum continentes folliculi suas latices magis copiose fecernunt; et hi stimulo, tam copia, quam indole, et ejiciendi nisum protitant, sunt. Eiusdem siccitas conditioni admodum inflammatoriae, quae vasorum exhalantium mucosorumque folliculorum fines spasmodice tenet, fortassis tribuenda fit; idcirco aegre minusque humores promanant, et irritamentum prosequitur; hi, incommodo pergente, relaxantur, atque quam ubertim secreatur.

Sanguini in eo, quod ejicitur natanti, vasis quam minimis perruptis, causae est, tussis valde percutiens. Neque re, pulsus conditionem animadvertere, absolum; parum de ea certi quoniam vero cognoscimus, necne medicorum observationem et inter ratiocinium atque species, quas incisa cadavera exhibent, minime convenit; tacite hoc transibimus, citatis verbis, quae in conspectum protulit Mauritius O'Connell: "Pulsus in  
 "pleuritide minus celerem, aut fortem, (febre tamen  
 "acuta in summo vigore nihilominus subsistente), fac-  
 "pius notavi. Pulsus igitur celeritas, et magnitudo,  
 " non

“ non semper cum febre inflammatoria sociantur. Qui  
 “ in pleurae aut pulmonum inflammationibus, pulsui  
 “ nimium fidunt, decipiuntur ; et omnia uno quasi cal-  
 “ ceo metiuntur, et de febris vehementia, aut vigore,  
 “ juxta fallaces pulsus motus judicium ferunt errone-  
 “ um et iniquum.”

Peracto de morbi caeteris partibus sermone, ad illam  
 praecipuam,

## C U R A T I O N E M,

*Transcundem est, quoniam ex praemissis, pneumo-  
 niae noxas tali esse indole, constat, qualis, tum humo-  
 rum copiam et momentum adauget, tum eos prave con-  
 gerit ; et exinde partis male se habentis vasorum acti-  
 onem concitat, medendi consilia duas in partes sese ne-  
 cessarie dividunt.*

Quarum prima est, auctam in toto corpore et praeci-  
 pue in loco inflammato vasorum actionem imminuere,  
 et

eaque

eaque afficientem spasnum tollere, hoc in modo perficiendum stimulum summove.

Altera est, sputorum ejectionem copiose elicere, signaque fortuito contingentia sublevare, seu prorsus depellere.

Varia, quibus primam explemus, regimen vulgo antiphlogisticum nuncupatum, suppeditat; memoria attamen tenens, ut vis morbi iis, quae debilitant limites poneret; insuper, quoniam conditio inflammatoria nunquam non subest, magna ex parte malum efficit, venam ad pertundam, quo illam imminuere quam bene aptum sit, imprimis et saepe confugiendum.

Quantum et quoties vitalis humoris detrahendum, nullum praeceptum perpetuum non detrectat; variat enim, ut morbi magnitudo et aegroti vires; nihilominus tam large, quam supra dictis convenit, adhibeatur\*. Adnotat celeberrimus Cullenus, "The remission"

\* In primis curandum est, ut pro viribus et quantitate sanguinis, nec nimium, nec parcius extrahatur;—Hoff. op. om.



“ *tion* of the pain, and the relief of respiration, during  
 “ the flowing of the blood, may limit the quantity to  
 “ be then drawn ; but, if these symptoms of relief do  
 “ not appear, the bleeding should be continued till the  
 “ symptoms of a beginning syncope appear.” Parum  
 forsitan refert, five ex hoc five altero brachio emittitur  
 sanguis, vaforum tantum magnitudo respicienda est.

Dum pulsus durus et validius micat, viresque parum  
 exhauriuntur, sine metu detractio iteranda ; cumque  
 raro una fatis sit, quantumvis larga et felix, morbi im-  
 petum coercere ; quin et si prima dolori difficilique spi-  
 ritui levaminis multum fert, haec tamen plerumque et  
*paulo post* temporis aequae violenter recrudescunt. Id-  
 circo metus, vanaque remora hic quam maxime peri-  
 culosa sunt ; quamvis vero Scyllam, Charybdem haud  
 offendere nos decet, effugimus ; nam temeritas non  
 minus mala est, et verba, quae hac de re tam elegan-  
 ter sapienterque in medium prodidit quidam solers et  
 eruditissimus in mente alta deponenda sunt : “ Sem-  
 “ per quoque memoria tenendum est, tantam saepe  
 “ quasi puncto temporis ab intempestiva sanguinis de-  
 “ tractione

“tractione corpori inferri perniciem, quantam neque  
 “optimi medici peritia, neque omnia medicinae subfi-  
 “dia, postea compensare potuerint. Sanguis enim fe-  
 “mel missus nunquam in venas redit, viresque cum il-  
 “lo amissae in variis morbis haud facile reficiuntur.”

Haud raro quam cito expuitur, indicia nihilominus si magnopere instant, scalpello nequaquam parcendum; etenim, si, quod emolitur id, morbum prorsus solvit, anceps est; atque forsitan in malo aliquantum provento, conditione inflammatoria aptis imminuta sive sublata, id solummodo tollit. Sputa reprimere tantum abest sanguinis emissio, quo, ut dictum est, ea excitet, necnon, misero, largis et saepe iteratis exinanitionibus, atque diu permanente damno, vires fracto, tantum impedit.

Ad hanc veruntamen consilii partem dum animum vertimus, alia non spernenda; quicquid enim ex laticum corpus circumactorum copia exhaurit, aequaliter inflammatoriam conditionem compefcit. Itaque remediis evacuantibus alvum subducere haud parum prodest; praeterea

*praeterea* \* cum scalpello viciffim ufurpatis morbus fortiffime magis efficienter, quam alterutro feorfim fummovetur ; et eodem tempore citius convalefcit aeger, tenuioribus fanguinis partibus, rubris, facilius, renovatis †. Huncce igitur ad finem, quae lente alvum ducunt, maxime conveniunt ; hujufmodi funt, fales medii, quia ifti non folum frigus gignunt, tantum vero vires, quantum requiritur, imminuunt ; dum ftimulo eorum primas vias parum perturbant, quod praeftant magis valentia.

Una cum his, exacta quoque victus et temperamenti habenda ratio eft. Cibo uberiore omnigeno, praefertim qui multum alit, nimirum e carne confecto, abftinendum. Ei, quae refrigerant humideque affumpta et acidi paululo imbuta, anteponenda, feu potius fruges fubacidae, quae gratae funt, nutrimenti parum fupplent, fitimque temperant, exhibendae.

G

Certos

\* Sydenham de pleuritide.—Hoff. op. om.

† Nimirum pars tenuior facile et cito reparatur, pars vero craffa, gluten et particulae rubrae, haud ita fubito ;—Greg. Confp. Med. Theoret.

Certos ultra fines ne transeat temperies cavendum est; vero enimvero si in aliis phlegmatis, non aliter hic, ut tam multum proficiat, confitendum. Rursum etenim si omnia, quae morbum intendunt, stimulando, tam caute seduloque evitantur, vehementem stimulum caloris temperare, eodem proculdubio redit\*.

Modo in variolis, quod accidit, ex eo ratiocinium deducimus, vim frigoris debilitantem multum hic esse profuturam, nobis concludere licet; et cordis et articularum actionem coercendo, experientia vero alteram in partem stat, et potus tepidus saltem nunquam gelidus praecipendus; denique, ita commonet Hoffmannus, “ Ut in omni febre inflammatoria, sic maxime in  
 “ pneumonica, abstinendum a regimine nimis calido,  
 “ quoad lectum et conclave, potu etiam nimis calido.  
 “ Cavendum vero a refrigeratione et potu frigido.”

Fomenta et cataplasmata loco dolenti imposita magno opere laudata fuerunt; melius attamen convenit vesicatorium.

\* Et conclave tenendus, quo multum et purum aerem trahere possit; neque multis vestimentis strangulandus, sed admodum levibus tantum velandus est;—Cels.

catorium. Quamprimum, inquit celeberrimus Cullenus \*, vesicatoria applicanda, metuens vero, ne minus valeat scalpellum eorum ex stimulo, sanguinem prius detrahendum; quod si magis faeviter urget morbus, donec iteratur, posthabenda. Quo facto, vesicatorii irritamentum, ante tertiae emissionis necessitatem, peractum sit, necesse est. Neque ea semel admoveere sufficit, imo interdum, et alicubi thoracis, quam proxime locum dolentem, iterum imponere, in fructum definit.

Sanguine large et saepe dolor nihilominus valde recrudescit, detracto, et aegrotantis vires languescunt; ad cucurbitulas, carne incisa, sive scarificationes supra partem laborantem admotas, confugiendum.

Subsidiis primae, ad alteram consilii partem eundem, relictis, quam haud parum adjuvant supra relata sedulo adhibita, spasmum, qui exhalantium et mucum effundentium vasorum fines pertinaciter tenet, summovendo, haec uberius latices excernunt. Quia hujus mali solutionem comitantur sputa large emolita, quam ob causam multa variaque, sub capite expectorantium, auxilia,  
nempe

\* Vide quoque Pringle's diseases of the army.

nempe compluria gummi, scilla, hujusmodi caeteraque, collocata fuerunt. Haec plerumque certe minime profunt \*, quin horum nonnulla, quod valde stimulant, non nocere non possunt, haud negandum.

Aquae calidae vapores aceto mixtae in bronchia receptae interdum huic morbo ufui sputum expediendo sunt. Omnibus vero aliis remediis palmam arripiunt, administrata, ita ut nausam cieant, ex antimonio praeparata. Evomere, etiamnum vero rem non satis comprobatur hodiernus usus, admonitum fuit, et iusto vomitu, ne, non solum partem inflammatam sed totum corpus nimis commoveat, abstinendum; inde quoniam plus obstat, quam prodest. Mucilaginosae et demulcentiae oleosae, (illa potius praeposenda quia haec plures ventriculos turbant), bono sunt, sputis sese commiscendo, eorumque acrimoniam obtundendo; quapropter tussim restinguunt, irritationem ex ea enascentem leniunt.

De iis, quae sudorem eliciunt, multum et forte agitata fuit, quod, sudore sponte erumpente, evanuit aliquando morbus. Hoffmannus in hujusmodi verbis lo-

quitur,

\* Coll. First Lines.

quitur, " Ego quidem vix in ulla febre tam accurate  
 " observavi crifes, quam in pneumonica, pleuritica,  
 " scilicet et peripneumonica. Nam in juvenibus, et  
 " qui paulo vegetioris naturae, circa quartum plerum-  
 " que diem sputum prodit cruentum, et septimo die,  
 " morbus, sponte sua, per sudorem largum solvetur."  
 Auxilia tamen, quibus res perficitur, talia plerumque  
 sunt, qualia large lateque stimulant; igitur, ni quam  
 maxime caute, ne sudor sollicitandus, nedum, nisi con-  
 ditio inflammatoria prius summovetur, impune tentari  
 potest; cum, eo profluente, malum citius et magis pe-  
 nitus depelli possit. Si sudor (inflammatoria mitescente  
 conditione, dolore decedente, et spirandi difficultate  
 sublevata) sponte promaneret, et sic etiam cum caloris  
 pariter et stimuli quam minimo, sustentandus. Huf-  
 cusque de aliis disceptato, res

## D E O P I O,

Pauca postulat, cujus opus inter medicos in magna  
 controversia fuit, quorum sententiae inter se minime  
 congruunt, et illas memorare possumus, ni longius ab  
 incepto

incepto traheret. Omnibus hujusmodi praeteritis, haud levis nominis et re medica bene praedictorum testantur observatio et usus, in quibuslibet hujusce morbi temporibus fructui solum esse; nimirum quando supra notatis conditio inflammatoria diminuta fuit, difficilis spiritus et dolor, semper mali comites, mitigantur, dum aegrum tussis praecipue molestat, doloremque proritat, somnum depellit, imo, eo tempore, et non prius cum prudenter, tum valde prospere exhibeatur opium.

Quod ad subsidia, quibus casu accidentia tollenda, spectat, ex causarum et signorum notitia pendet, quod ad perficiendum medico opis multum fert medicinae scientia latius applicata.

---

Perducto ad finem hoc tentamine, ut quam maxime sinceras gratias, propter quot et qualia ab iis accepi commoda, inclytis hujus Academiae Professoribus persolvam, tantum restat. Hic quoque Domini Bassnet  
Nottinghamiae



Nottinghamiae degentis, multa ob benigna et amica erga me facta, dum sub suis auspiciis artis salutiferae studio animum incubui, nomen toto pectore grate dicere volo; et vos, Gulielmum May, M. D. et Dominum Bayley, Chirurgum, viros mihi carissimos, nec non quibus nomina amicitiae, quae neque armis cogi, neque auro parari queat, fide et officiis paritur, semper sacra fuerunt eruntque, non solum propter consuetudinem, quae inter nos solebat, multo vero magis animi ingenium literis nunquam non deditum, voluptate nec in-suavi recordatione, omnem in aevum in animo revolvam.

T A N T U M.